

575 Codex chartaceus lat. Sec. XV. Folior. 228. 4. partim lineis longis, partim per duas columnas exaratus et olim *Fratrū sancte Crucis in Colonia* Sequentia continet: I. *Compilacio*, ut e calce praeoccupo, *biblie rigmaticae per sanctum thomam de aquino ordinis fratrum predicatorum anno domini. M^o. CC^o. 82.* Libra-

CXXXV. VII. 9. 27. rii manus indubie Seculi XV. est. *Thomas* a. 1274. obiit. Quo ergo Annus 1282? Ni dicas, *Codicem*, e quo Noster excipit, hunc annum praetulisse. At certo, quisquis hic *Rigmificator*, de quo iterum *Cod. DCXIII.* fuit, magno se nomine textit; non enim, qui de *Thoma* minutissime disquifivere, *Oudinus*, *Quetifus*, *Echarodus*, alii, *Ἐπιτομῆς* hujus Biblicae meminerunt. Incipit illa:

*Verbum a principio procedens eterno
Qui cuncta consilio creasti superno
Te rogare cupio tibi me prosterno
Purgatos a vicio salves ab inferno.*

Atque ita summatim percurruntur omnes Libri biblici, quorum No-

mina in margine notata sunt, dum in *Apocalypsi* finiatur:

*Clamas ecce venio cum fine finali
Nos in fine folio coniunge regali. Amen.*

II. fol. 13. *Prologus prosaicus in nomine domini nostri ihesu christi et gloriose virginis marie matris eius. Incipit epistola siue prologus in librum qui dicitur margarita.* Initium: *Sanctissimo et beatissimo patri et Domino. Domino Clementi diuina prouidentia sacrosancte ac vniuersalis ecclesie summo pontifici V^o. frater guido in ecclesia ferrariens. humilis sacerdos Obedientiam fidelissimam et pedum oscula beatorum. Per scripturam sacram hominibus sanctis diuinitus inspiratam &c. Guido hic dictus de Pileo Vicentinus e Comitibus Montisbelli ex Ordine Praed. a. 1304. ad Ferrarienses adsumtus infulas, quas morte destituit a. 1331. me-*

moratur *Trithemio* in *Script. Eccl. n. 541.* Hunc excipit *Polyc. Leyserus Hist. Poet. p. 2005. (1105)* in eo lapsus, quod Nostri a *Guidone*, quem prave *Vincentium* adpellat, p. 2126. distinxerit. Adcuratius de Eo actum in *Scriptt. Ord. Praed. T. I. p. 574.* unde et *Fabricius Bibl. med. Lat. L. 7. p. 132. et 135.* sua transtulit. Cum igitur, quae in *Guidonis* Epistola ad *Literaturam* pertinent, jam a *Quetifo* excerpta legantur, id solum hic obseruo, *Anterium Clalidianum Poetam*, quem ille a *Guidone* cum *Petro de Riga* et *Tobia* citatum adfert, imperiti *Librarii* prolem esse, legendumque cum *Co-*

dice nostro *Anticlaudianum*, cuius Autorem esse *Alanum ab Insulis* inter Eruditos constat. Praeterea non optimo Exemplo usum esse supra dictum *Bibliothecarium*, arguunt ea, quae in *Nostro* sequuntur: *Incipit brevis continentia librorum biblie ad euidentiam pre-*

sentis libelli 7. pagg. quibus omnium sacrorum Librorum Argumenta rite exponuntur. Nihil de his *Quetifus*, uti nec de altero Prooemio metrico, quod continuo succedit, 20. versuum hoc initio:

*Qui memor esse cupit librorum bibliothecae
Discat opus presens et retinere uelit. —
Margarita vocor multo quesita labore
Eruta de pelago fulgeo, grata fero. —
Pontifici summo clementi missa beato
Supplico suscipiat, corrigat inde placens.
Felicitate pape benedicti (XI) tempore ieci
Semina &c.*

Ex Distichis his 10. primum et quartum subiecta reperiuntur antiquis Bibliorum quibusdam Sec. XV. Editionibus, puta Editioni a. 1476. s. l. f. Itaque, ad quem Autorem referenda sint, deinceps sciemus. Distichis additi sunt ibi Hexametri tres: *Ecce iesu christe claudo pietate libellum*

*Nobile principium celi terre referantur
Ordine quoque deus distinguens cuncta creauit &c.*

Constat id Versibus hexametris facile 1500. cumque procedat iuxta *Capita* cuiusvis Libri Biblici, marginibus adscriptas habet voces analogas ex *Alexandri de Villa Dei* Carminibus *μνημονεύσις*, notis illis: *Sex prohibet peccant &c.* Ad calcem legitur: *Explicit liber metricus per totam bibliam. qui margarita dicitur pro sui dignitate. de quo laicius in prohemio eius ha-*

&c. fed et hos ad *Guidonem* nostrum pertinere, quamvis in Exempli nostri calce desint, *Codex Quetifi* docet, ut habes *T. cit.* p. 575. Porro metricum istud Prooemium excipit Titulus prorsus idem, qui *Codicis Quetifi.* et ipsum *Poema*, cuius initium:

betur. Typis Sec. XV. editum in *Bibliotheca Baluz.* fuisse memorant *Echardus* et *Fabricius*, sed vereor, ne illum cum *Petri de Rosenheim Memoriali divinorum. Eloquiorum*, aut alia *Margarita* confuderint; vulgaris enim haec olim merx erat, ut *Margarita Decreti, Davidica, Philosophica, Poetica &c.* evincunt, *Literatoribus* notae.

III. fol. 68. p. 2. *Incipit alius la puerorum. Initium Prooemii:*
(Liber) *metricus, qui dicitur Stel-*

Nascitur omnis homo rudis infans exul egenus &c.

Ratio mox scriptionis et tituli ita datur:

*Sed quia doctores quidam sibi tempora multa
Perdunt et pueris hijs friuola sepe legentes,
Nec curant, ut eos doceant cognoscere christum
Declinare malum virtutum querere fructus
Dicentes forsan nos talia non docuerunt
Nostri doctores nec habemus congrua scripta
Ex quibus hec scire possimus scita docere
Si placet ista legant que de virtutibus extant
Vt velut ad christum uenere magi duce stella
Quam scriptura fidem vocat et glosator aperte
Sic stellis istis mediantibus inuenietur
Christus et hoc scriptum puerorum stella uocetur.
Pamphilus aut greca seruentur. et ista legantur.*

Pamphilum hic Maurilianum in-
telligi puto, quem obiter tan-
gunt Lyserus in Hist. Poet. p.
2071. et Fabricius Bibl. lat. L.

I. c. 15. Ad hunc modum *Ale-*
xander de Villa Dei commendat
Doctrinale suum:

Meque legant Pueri pro nugis Maxminiani,

quo loco facile *Mauriliani* substi-
tui posset. *Stellae* porro nostrae
Οικονομια dabo ex iis, quae an-
tiqua manus calci addidit: *Istius*
Opusculi sunt tres partes. In pri-
ma agitur de virtutibus Theologi-

cis s. fide spe et caritate. In 2^a. de
festis et gracijs beate virginis ma-
rie. In 3^a. de virtutibus cardinali-
bis &c. Partes hae in Particulas
sive Stellas abeunt. Initium:

Est Deus vnus et omnipotens noster Deus, a quo
Celum terra mare lacus inferni paradisus
Primum condita sunt &c.

Finis prolixi Poematis:

Rex et plasmatore christus ihesus mediator.
Complet sifridus, incepit quod thidericus.

Hos an Autores, an Librarios dicam, nescio. Offerunt se quidem *Theodorici*, qui *Metrica* scripsere, sed horum aetas Poemati nostro non congruit, quod *Bernardum* adpellat *beatum*. Ad calcem: *Explicit stella puerorum*, vel si mavis, *paruorum*. Anno domini. M^o.CCCC^o.LIII^o. Item: *Gloria scriptoris primumque sui creatoris*. *Vacat hic versus*. Ne quis eum putet Poemati accensendum.

*Fert liber insignis. quia de libani sibi lignis
Ex animo sculpta formaret fercula multa
Rex salomon prudens. qui carmina plurima cudens &c.*

Ultima:

*Merces ergo poli Wilhelmo fixa priori
Munera tanta bono Sigeberch in monte patrono
Articulat celi quia signifero Michaeli
Tum probat hec Anno cum Mauricio duce magno
Inter quos dignus martir rutilando benignus
Omnia perpendit trutinat gratesque rependit,*

En Monasterium *Siegebergense* O. S. B. ad *Sigam* amnem in Diocesi *Colon.* trans *Rbenum* monti incumbens a S. *Annone* a. 1066. cum *Basilica* sub invocatione SS. *Michaelis*, *Mauritii* et *Sociorum* conditum et a. 1073. corpore S.

Benigni Mart. auctum, cujus *Abbatum Series*, nuda licet et *αρχεως*, e *Bucelino* in T. III. *Galliae Christianae* p. 766. transcripta *Wilhelmos* exhibet tres, in quorum primum dictum a *Spiefs* inclino. Sed et reliqua audiamus:

*Nec labor heinrici scripture talis amici
Exfors laudis erit calamo qui premia querit
Mente. manu. cultro consummans hoc opus ultro.
Vita sibi detur opus hoc quicumque tuetur
Intereat digne rapiens illud stigis igne
Terribilem mortis procul a nobis leo fortis
Expellat neuum qui regnat nunc et in eum.*

Si quid video, *Henricus* iste Monachus *Gregorii* Opera pro Coenobii Bibliotheca auspiciis *Wilhelmi* Prioris seu Abbatis descripsit, iisque hederam hanc suam appendit.

V. fol. 105. Epigrammata varia et Rhythmi in laudem SS. *Augustini*, *Gregorii M.* et *Bernardi*

illorum Libris aut Memoriis, ut videtur, adscripti. *Augustinus* hic non semel *Pater noster* audit, unde conjicio pleraque haec exarata fuisse *Coloniae* apud Crucigeros *Augustini* regulam sequentes, ad quos olim, ut in principio annotavi, *Codex* pertinebat. Inter alia:

*Mille voluminibus pater augustine refulges
Mentitur qui te totum legisse fatetur.*

Epitaphium *Gregorii*, quod recitat *Ciaconius T. I. Vitt. Pontiff. col. 406. Suscipe terra tuo &c.* Alterum *διαλογικον Bernardi* tri-

butum *Morando Cluniac.* et jam alibi relatum, cujus V. 8^{us}. hic non male legitur:

Non. *Dic ergo, quid hoc?* Est *Bernhardus bona nardus.*

Succedit Epitaphium a *Damaso* Pont. sibi scriptum, pariterque a *Ciaconio T. cit. col. 260.* relatum: *Qui gradiens pelagi fluctus &c.*

Variat nobis: *letalia vincula pro lazaro sua*, et *Marthe pro Marie. In Yconica (imagine) sancti petri:*

*Solue iubente deo terrarum petre catenas.
Qui facis ut pateant caelestia regna beatis.*

Distichon nunc in *Breviarium Rom.* cooptatum, quemadmodum pag. praeced. illud: *Hic vir despiciens mundum &c.* quod ibi

Gregorio M. adplicatur. Aliud in *Basilica sancti Pauli apostoli rome* ubi sacrum eius sepulchrum est in velo quod a rege quodam datum est.

*Teodosius cepit perfecit honorius aulam
Doctois mundi sacratam corpore pauli.
Discipulis cunctis domini prelatus amore
Dignus apostolico primus honore coli.
Sancte tuis petre meritis hec munera supplex
Chintila rex offert, Paule salutis opem!*

Visigothis in *Hispania* praefuit *Chintila* ab an. 636. ad an. 640. *Toleti* mortuus et a Patribus Con-

cilii *Tolet.* VI. an. 638. multum a sincerae Religionis studio laudatus. Confudit vero *Librarius noster*

367

C O D I C E S

368

noster Aedem D. *Pauli* cum *Ve-
lō Chintilano*, ad quod ultimum
solummodo *Tetraſtichon* perti-
net, quod etiam in *Mabillonii
Vet. Analeſt.* p. 388. proſtat,

*Aurea concordi que fulgent fila metallo
Setarum cumulis confociare volo. &c.*

Si *Ducangium* edit. *Maur. T. I. P.*
2. col. 242. audias, Verſus hi
pars forent inſcriptionis *Veli Chin-
tilani* mox relati, legerenturque
l. cit. apud *Mabillonium*. Sed ne-
ſcio, quid *Virum πολυορματων* lu-
ſerit; nec enim ibi leguntur, nec
ad *Velum D. Petro* oblatum per-

Ruſticus et ſervus ſic petat Eucheriam.

Extant vero inter *Epigrammata et
Poematia vetera Paris. 1590. L.*
IV. p. 187. inſcripti *Verſus Eu-
ceriae*, et quidem emendatius,
quam in noſtro *Codice*. Voces
Burra et Cavanus, de quibus *Du-*

*Antequam Judicii dies metuenda
Veniat. ſunt omnia mundi commouenda.
Nam per dies quindecim ſunt mundo videnda
Signa nimis aſpera nimis et horrenda &c.*

Adhaerent breviora duo *Poe-* incipiunt:
matia de Paſſione Chriſti, quae

*Paſſio diuina tibi ſemper ſit medicina &c.
O mea faſtura de limo condita terre &c.*

Autorem non reperio.

VIII. fol. 111. p. 2. *Iſta que
ſequuntur quidam diſtator* (com-
poſitor) miſit *Heinrico Impera-
tori*, et ad calcem: *Hoc ſcripſit*

et quidem emendatius; legit enim
v. ult. *pande pro Paule*.

VI. fol. 107. p. 2. *Elegia 16.*
Diſtichorum, cujus initium:

tinere poſſunt; *Amatoris* ſunt po-
tius ſtomachantis *Eucherien* quan-
dam ab indigno peti, illudque
*Virgilianum: Jungentur jam Gry-
phes equis*, per conglobata *'adu-
vata* imitantis, concludentisque
tandem:

cangius, patriam *Galliam* pro-
dunt.

VII. fol. 108. absque inſcrip-
tione *Rhythmi* de extremo *Judi-
cio* hujus initii:

Wibbo Imperatori baynico. Sunt
vero *Proverbia* illa, quae *Wip-
po Presbyter Henrico III. Conra-
di Salici Filio* dicavit, quaeque
apud *Marten. et Durand. Collect.*

ampliff. T. IX. p. 1095. et in
Bibl. med. Lat. Fabricii L. III.

p. 447. leguntur. Initium nobis
fic:

Incipit inuentum, confertque proueria centum.

Pax Haynrico dei amico. Sed et
alia ab Exemplo Fabricii variant.
Ita *Proverb. 5.* nobis: *Plus vin-
cit sensus, quam multiplex cen-
sus.* Fabric. *Plus unicus sensus,
quam multiplex census.* *Prov. 10.*
nobis: *Bene credit, qui opus bo-
num impleuit.* Fabric. *Bene cre-
dit, qui neminem laedit.* &c. Stes
tamen a Fabricio.

IX. fol. 113. *Henrici Septi-
mellensis dicti Pauperis Poema* de
diversitate Fortunae, plenius in-
dicatum Cod. DCCCCLXII. hic
vero a Commentatore quodam
fat imperito, qui margines notu-
lis adspersit, inscriptum: *Liber
Henrici Imperatoris de Fortuna;*
ut enim L. II. versibus illis:

*Nuper alamannus sculam delatus in oram
Ludendo ferizam perdidit ipse suam &c.*

Henricus VI. Imp. petatur, reli-
qua Poematis ne obtorto quidem

collo ad illum trahi queunt. Di-
stichon ult.

*Vivus et extinctus te semper amabo, sed esset
Viuentis melior quam morientis amor.*

cui subditum:

*Finis adest mente vobis iam dico ualete.
Explicit henrici libellus ore felici.*

Variantes Lectiones non defunt,
si quis Codicem cum *Lyseri* edit.
in *Hist. Poet.* p. 453. contendat.
X. fol. 130. *Incipit Prologus
in libellum qui intitulatur Virida-*

rium amoris et amicitie. Allego-
ria est versu hexametro a Mona-
cho quodam ad Amicos scripta.
Initium Prologi:

*Sume salutis ave. pergens o parue libelle
Ad magne socios fidei dominos et amicos &c.*

Initium ipsius *Viridarii*:

*Stat maris in medio tellus velut insula. forme
Difformis. nisi tam formosus in hac foret ortus
Ortus amicitie: sincerus et ortus amoris &c.*

Non ignarum fuisse naturalis Historiae Poetam ea produnt, quae de Plantis, Avibus &c. adfert, sed nempe ad Mysticen trahuntur omnia. Neque de aevo aut

IX. fol. 136. absque titulo
Elegiae VI. perperam olim Corn.

Bina in *Alb. Miraei Originib. Carthuf.* Claustra de *Silva* dicta reperio, unum Provinciae *Burgund.* nomine *Silvae Benedictae*, alterum Provinciae *Belg.* nomine *Silvae S. Martini*. Atque istud optem prae altero.

XI. fol. 136. absque titulo
Elegiae VI. perperam olim Corn.

Aemula quid cessas finem properare senectus &c.

et in *Cod.* quidem indivisae decurrunt, non absque lectionis varietate, siquidem operae pretium foret, eas excutere. Id unum ob-

Meque legant Pueri pro nugis Maximiniani;

quis enim sibi persuadeat Magistros Grammaticae Tirunculis obfcena, quae in his *Elegiis* occurrunt, pro scholis propinasse. Itaque *Ducangius* in Praef. *Glossarii* rectius *Maximiniani Grammaticam* Pueris praelectam memorat, quae fortasse nihil ab ejus *Arte Metrica* diversum erat, quam *Labbeus Bibl. nova Mss.* p. 63. indicavit. De *Elegiis* plura apud *Fabric. cit.* in promptu sunt.

XII. fol. 149. manu, ut videtur, Sec. XIV. Commentariolus in Poema de *Facetiis Mensae*,

patria *Carminis* tuto quid statuas. Inter *Amicos Autoris* quidam *sub Senomonte sedere* et *Horti muris* imponere *Heerzele nomen* dicitur, alius adpellatur *Godefridus*,

Quem tenet ipsa domus de silva carthusiensis.

Gallo tributae, re ipsa *Cornelii*, ut hominem adpellat *Aug. Ernestius* in not. ad *Fabr. Bibl. lat.* L. I. C. 14. p. 426. *Maximiani Galli Etrusci*, qui sub *Anastasio Imp.* ut idem ait, nescias an *Dicoro*, an *Artemio*, floruit. Incipiunt:

fervo, non videri, quod quidam putarunt, adludere ad eas *Alexandrum de Villa Dei*, dum in principio *Doctrinalis* sui ait:

qui incipit: *Cum ipsa moralis faciecia mense quam plures ruditate submersos &c.* De Autore Poematis haec tradit: *Causa efficiens dicitur fuisse quidam alimanus reynerus nomine ut patet ex quindecim primorum uersuum literis capitalibus que si debite combinantur sonant: reynerus me fecit.* Neque plura de *Eo* norunt *Leyserus* et *Fabricius*. E verbis porro adductis inferre licet, Poema sat diu ante Commentarium extitisse. Simul tamen deinceps edita sunt, titulo *Fagi faceti*, quem *Fabricius*

cius L. XVII. p. 45. non incongrue ἀπο τῆ Φάγειν ductum existimat. Obiter hic noto, Raynero in *Cod. Monasterii Dunens.* apud *Sanderum Bibl. Belg. Mss.* p. 204. etiam tribui *Pamphilum de Amore*, quem alii *Mauriliano* non magis cognito adscribunt; Poema item nostrum a *Sebast. Brand* teutonice versus utraque lingua pro-

diisse 1490. 4. Ad calcem *Cod. nostri* legitur: *Per me Hermannum de Gbele finitus est liber iste.*

XIII. fol. 163. *Disticha Moralia* in *Subplementum Catonianorum* olim sub nomine *Faceti Morosi* non semel edita cum *Commentario*. Initium hujus: *Quatuor sunt, que impediunt humane nature &c.* *Distichorum:*

*Cum nichil utilius humane credo saluti
Quam morum nouisse modos et moribus uti &c.*

De aetate horum *Distichorum* inde statues, quod jam ab *Hugutione Pisano*, qui circa an. 1192. scripsit, adlegendur. De Autore ita *Commentator* noster: *Quidam dicunt quod fuit quidam religiosus existens lector austriensis (sic) Et nomine Johannes.* *Commentarius* vero a *Nostro* diversus, qui Editionem *Daventriens.* 1496. 4. illustrat, eum *Regentem Parisinum* facit, qui *Facetus* nominaretur. Adeo parum de *Librorum Historia* laborabant boni illi *Majores*. Qua in re *Senecae* plane verbis *Commentator* se noster tuetur: *Dummodo effectus sit bonus, non*

est curandum quis sit causa efficiens. Ceterum Exemplar nostrum *Distichorum* numero et ordine non parum variat ab *Edit.* mox citata; *Libellus* vero ipse, uti praecedens, interpretem nactus est *Sebastianum Brand*, cujus Editiones indicantur a diligentissimo *Panzero* in *Annalib. vetustior. Litterat. Germ. Norim.* 1788. 4.

XIV. fol. 180. p. 2. *Poema Morale de Contemptu rerum terrenarum, Mortis Meditatione et Virtutum Exercitio*, versibus hexametris rhythmicis, hoc initio:

*Cartula nostra tibi mandat dilecte salutes.
Plura videbis ibi. si non mea dona refutes &c.*

Carminum structura ita variat, ut *Versus* vel secum ipso vel cum *focio ὁμοτελευτος* fit, vel utraque haec consonantia in uno eodem-

que *Disticho* uniatur. Specimen secundi *Modi* jam dedi. En primi et tertii:

*In re terrena nihil est aliud nisi pena. Et:
Pauper amabilis et venerabilis est benedictus.
Dies inutilis et miserabilis est maledictus.*

Quo postremo modo Noster tamen multo infelicior est Bernar-

do Morlanensi. Finit:

Hoc tibi det munus qui regnat trinus et unus. Amen.

XV. fol. 187. *Dionysii Catonis Disticha de Moribus*, cum Commentario, qui incipit: *Scire aliquid laus est pudor est nil discere velle. Ista uerba scribit magister catho doctor egregius in suo proprio libello &c.* Diversus est a *Glosa et Moralisatione*, quae *Catonem* Sec. XV. in usum Scholarum saepius editum comitantur, nihilo minus tamen barbarus et ineptus. Uterque porro in *Prooemio* inter Autores, quibus *Disticha* haec olim a Variis tribuebantur, *Job. Chrysostomum* nominat, quod *Fabricio Bibl. lat. L. IV. C. 1. §. 8.* non observatum video. In calce Opusculi haec leguntur: *Finitum et completum anno domini M^o CCCC^o et XI^{mo} in vigilia assumptionis ante missam quasi hora 8^{ua}.*

Ad Codicem hunc compingendum adhibita est Membrana, qua *Frater Theodericus Prior Fratrum sancte Crucis Colonien.* in omnium Coenobii sui Meritorum communionem recipit *Magistrum Heinricum de sanctis Sacre Theologiae Doctorem et Sancti Andree Colonien. Scolasticum fautorem.* Factum id Anno MCCCXLIV.

CXXXVI. VII A 7

Codex membraneus germ. Sec. 25 XIV. Folior. 367. f. max. probe scriptus, picturatus et deauratus continet *Paraphrasin Librorum historicorum V. et N. T.* vocatis etiam in subsidium veteribus *Chronicis*, *rhythmo Germanico*, iussu *Henrici Landgravii Thuringiae*, elaboratam partim a *Rudolpho de Ammse*, partim vero ab *Henrico de Bavaria* seu *Monachiensi*. Praecedat index hoc rubro: *Ditz ist die tauel dez puches von allew dem Vnd ez sait. Vnd allew die puch nach ein ander Die di wibel. vnd die Chorank in dawtsch bat. Auch vint ir bie waz in iegleichem puch Besunder stet vnd ist geschriben.* Poetam nostrum puris non semper fontibus inhaerere, quin et Theologum et Psychologum agere vel sequentes jam rubricae declarant: *Wie Adam der engel daz zwei (Zweig) aus dem paradys gab — Wie Adam dar nach starb Wie im daz zwei zu den haubten wart gestackt Wie sider daz heilig chrautz (Kreuz) dar aus wart gemacht. — War umb got lucifer beschuf. vnd er doch west, Daz er solt geuallen. — Von wem daz*